

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Peticio l  
cum uariis

Quis nostrum contentus fuit aut leuiter rogari aut semel? Quis non cum aliquid a se peti suspicatus est, frontem abducit, uultum auertit, occupationes simulauit, longis sermonibus et de industria non inuenientibus exitum occasionem petendi abstulit, et uariis artibus necessitates properantes elusit? In angusto uero conpressus aut negauit aut distulit aut promisit sed difficulter, sed superductis superciliis, sed malignis et uix exeuntibus uerbis.

Seneca libro I. de beneficiis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Peticio l] Peticio m B C; nostrum] uirium C; peti *om.* (*cor. supra lin.*) C; abducit] adducit P V<sup>1</sup>; uultum] multum B; simulauit] simulat C P V<sup>1</sup>; inuenientibus] inuenientibus (*cor. sub lin.*) B, ibi *add.* M; necessitates] necessitatis C; angusto] augusto C M; libro *om.* C; Peticio l quis...de beneficiis *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>